

1460 Dezember 23, Brüssel.

Nr. 6407

Hrz. Philipp der Gute von Burgund an Hz. Sigismund von Österreich. Er bietet Vermittlung im Tiroler Streit an.¹⁾

*Or., Pap. (Verschlussiegel rückseitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IVa 182.
Erw.: Maleczek, Beziehungen 186.*

Illustris princeps consanguinee carissime. Scripsit nobis serenissimus et potentissimus princeps dominus ac nepos noster carissimus rex Scothorum²⁾ in favorem vestri, ut vobis presidia nostra directio- nis et auxilia contra Swicenses, inimicos vestros, exhibere vellemus. Antea vero litteras vestras recepera- mus, quas nobis propter id direxerat amicicia vestra. Et ipsarum latori, servitori vestro, super hoc dedera- mus responsum, prout per eundem servitorem vestrum vobis iam relatum fuisse speramus. Scripsimus , enim sanctissimo domino nostro pape³⁾ et sue s^{ti} humilime supplicavimus, ut propter evitanda scandal a ipsa sua s^{tas} eius benignitate conaretur, dissentionem huiusmodi pacare et reverendissimum in Christo patrem dominum Nicolaum tituli sancti Petri ad vincula presbiterum cardinalē exhortatum fecimus, ut eidem pacacioni se pronum exhibere dignaretur.⁴⁾ Pacificacionem equidem ipsius discordie admodum desideramus. Et si quid ad hunc finem opera nostra possent, id et offerimus et voluntarie volumus 10 efficere. Et quicquid pro vobis aliter facere possemus, auxilio Christi, qui vos felicem et incoludem diu conservare dignetur. Ex opido nostro Bruxellensi die xxiii^a decembris anno lx.

Consanguineus vester Philippus, dux Burgundie, Brabancie et Limburgie,
comes Flandrie, Arthesi, Burgundie, Hannonie, Hollandie, Zellandie et Namurci

Foillot 15

(Adresse rückseitig:) Illustri principi Sigismundo Austrie duci, consanguineo nostro carissimo.

¹⁾ Das Schreiben ist wie Nr. 6388 Zeichen einer europäischen Fürstensolidarität mit Hz. Sigismund.

²⁾ Jakob III. (1451-1488), seit August 1460 Kg. von Schottland. Die Regentschaft führte die Königinmutter Maria von Geldern, eine Großnichte Hz. Philipp's des Guten von Burgund. Der kürzlich verstorbene König Jakob II. von Schottland war ein Bruder der Herzogin Eleonore von Österreich.

³⁾ S.o. Nr. 6388 (1460 November 13).

⁴⁾ Dieser Brief an NvK ist nicht erhalten.